



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per sedem Apostolicam

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Pultronus cultrifex Joa[n]ni arnoldino. S. p. d.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34628**

di neniās mihi supra modū displicuisse. quippe indignas erudit<sup>s</sup>  
ac probis viris Jacobo Dornensī multā ex me salutem dicitō. cui  
ius epla dici nō potest q̄stoperē sim delectatus. De composita lite  
Reuchlinica. yrinā vera nūcies. Plūciauit mihi q̄daz Alcmariens  
sis. te alteras ad nos dedisse literas. verū eas nondū accepi. Bene  
vale doctissime Cesari. Antwerpie postridie assumptę virginis.  
Anno. M. ccccc. xvij.

¶ Joānes arnoldinus lyricen Pultrono fenestricis  
totiq; obscurorū cohorti. S. p. d.

**U**lneroz. z clausum porto sub pectore telum  
Crescit z assidue plaga dolorq; mihi  
Sed ferientis adhuc non audeo dicere nomen  
Nec sinit aspectus plaga videre suos.

Miserū est exturbari fortunis om̄ib; patres scripti. Acerbū q̄q;  
a doctis p̄temni. acerbius a docto z sapiente. Quid multarū Mag  
nus ille Erasmus sacre theologie doctor. poeta z insignis orator.  
nos veluti pestē quādā detestat. fugit. inseq̄tur z odit. Ubi nūc vi  
res nostrę? vbi elatus animus? vbi nocturne insidier vbi sesquiped  
lia s̄bachūc n̄m dolorē nulla auferat vetustas. Mors ē nobiscū in  
olla. nulli diē p̄ferre licet. Agimur em̄ fatis. id qđ nobis est inveni  
tabile. Dō p̄ponit deus hō rē ipam (vt video) disponit. Nulli sua  
manet spēs. Quicq; nō est hodie. cras minus aptus erit. Suspēda  
mus igit nos ipsos. netā intolerabilib;. tāq; mortiferis cruciatibus  
indies eragitemur. Quid vobis animi sit. q̄ vires. qđ p̄siliuz. que  
tandē defensionis nostrę ppugnacula. me certiorē facitote. Dū bñ  
vortant. Valetē diu wormacie ex domo Schelmonis iudei ma  
le circumcisi.

¶ Pultronus cultrifex Joāni arnoldino. S. p. d.

**Q**Arminib; carmina debent. Nil intentatus n̄ri reliq̄ere poete  
Nec minimū meruere decus. vestigia greca  
Rusi deserere z celebrare domestica facta.

Qui nos p̄temnūt stulti sunt. viri p̄fecto sumus. z om̄ia sine the  
seo operamur. Stentorea clamam<sup>9</sup> voce. z arrogantia velut pa  
rentē colimus. Si tu vel Theologos vel Orwinū times in ma  
lam abi crucē aut te corruū in rotis euiscerent. bestia es nasturcinz  
ede. Excitare. vigila. animū sume. Noli Epimenidis somniū doz  
mitare. Quid desperas? Titulo primū submerso. puteus claudit  
Exitus acta probabit. Scimus inurbanū lepidō seponere dicto.  
Legitimūq; sonū digitis callemus z aure. Nobis erūt p̄sidio iuz  
dei. Curēt viole. Suā quisq; domū tueat. Tunc tua res agit pari  
es cū proximis ardet. Tu solus es. nostrę hō multi. Quapropter  
vt tue peritōni satisfaciā si nobis timor incubuerit grauis Caspi  
os petemus montes. vbi neq; theologi. neq; fidei catholice habi

B 6

tant defensores. Tale feliciter eius nostro *Capnione Mogūtie* ex  
publica corona Obscuroꝝ portu Anno quo supra  
¶ *Conradus de Zuiccauia doctori grillo obi*  
*scuroꝝum aduocato. S. p. d.*

**O**mnia nobis aduersa sunt doctor egregie. oia pstrata ac  
diruta iacet. clamātq; in plateis et puelli et edentule qdā an  
Os habet et nō videbūt. oculos hnt et nō loquētur. Aures habet et  
nō odorabūt. nares habent et nō audient. man<sup>9</sup> hnt et nō ambula  
būt. pedes hnt et nō palpabūt. nō clamabūt in gutture suo. Siles  
illis fiant qui ofidūt in eis. His psalmisse verbis male intellectis  
alijsq; id genus uicij publice infestamur. Posuisti tenebras et fa  
cta est nox. in ipa ptransibūt omnes bestie sylue. Si bonus vir es. si  
eruditus. si eloquens. hūce maledictionū vinculis nos. q̄primuz  
exolue. Qd vbi feceris. te iudei vt xū suū colent ac venerabuntur  
et aureos in arabia montes p tuo salario recipies. Lege Marq̄r  
dum in institutis. reuole Joāne de garlādia in legib. Petruz helie  
in decretis. Namotrectū in sexto et clemētinis. Consule etiā ide  
as platonis. que olim in phocide pallentes. Apollinis begutte fir  
isse dicūtur. Accede nebulonuz latebras et fornicēs. vt eruditior in  
rebo nostris et ad omne malū theologis inferendū audacior fias Ce  
terū mihi q̄p mū rescribas velim. quid hec qnq; arabica verba sig  
nificent. Orus. pdorus. reuelorus. rāmeldipotus. rāmeldible  
sen. et hec duo gotica. Inkus perquink<sup>9</sup> De his certe nihil scripsit  
Virgilius in bucolicis. nec Marcolphus in suis fabulis. Tute  
doctor venerande. et pone ante oculos tuos specillū illud qd tibi  
a iudeis ex francfordia est missum. nā p illud omnia mirabilia mū  
di videbis. Ex lyptzick. die sexto. añ festū sc̄e saturitatis.

¶ *Doctor Guillus Conrado zuiccauiensi. S. p. d.*

**A**ccepi lrās tuas nectare mihi atq; ambrosia suauiores. ple  
gi fere totū Quidiū. et quos mihi legēdos decreuisti. sed non  
inuenio quo mō vel me ipsum vel nrōs ptribules tueri valeā. Pec  
cauim<sup>9</sup>. inique egim<sup>9</sup>. Nō est inter nos qui faciat bonū. nō est vsq;  
ad vnū. Si em̄ scribendo et offendendo annis multis iam pmissi  
fui<sup>9</sup>. necesse est vt modestā et bene meritā aduersarioꝝ responsio  
nem tolerem<sup>9</sup>. Si vigesies. si qinquages. si centies alios indigne  
lesim<sup>9</sup>. q̄re nos semel offendi nō patiemur. Neq̄tia est q̄ te nō sint  
esse senē. Decepti pfecto oēs sumus. Credidim<sup>9</sup> em̄ defensionē Jo  
annis Reuchlin verā fuisse at nūc olfacimus (vt in libris reuendū  
Inq̄stionis luce clari<sup>9</sup> p̄tinet) eam esse falsissimā. folio nāq; tertio  
defensionis sue facie p̄ma. hanc sibi Capnion a Cesaria maiestate  
generalē fuisse q̄stionē oblatā scribit. vtz oēs libri iudeoꝝ p̄mēdi  
sint p̄ter bibliā. qd q̄ sit falsum in mādatis imperialib; sepi<sup>9</sup> imp̄  
sis x̄p̄hendit. Dicit p̄terea ibidez (in fauorē ne iudeoꝝ. an min<sup>9</sup> ige